



## 54 Day Rosary Novena

*Asking our Blessed Mother to help us identify and purchase a large new permanent Church property for St. Vitus Parish.  
 Pedirle a nuestra Santísima Madre que nos ayude a identificar y comprar una nueva propiedad grande y permanente de la  
 Iglesia para la parroquia de San Vito.*

Day 1	Day 2	Day 3	Day 4	Day 5	Day 6	Day 7	Day 8	Day 9
4/23/21 Joyful	4/24/21 Sorrowful	4/25/21 Glorious	4/26/21 Joyful	4/27/21 Sorrowful	4/28/21 Glorious	4/29/21 Joyful	4/30/21 Sorrowful	5/1/21 Glorious
5/2/21 Joyful	5/3/21 Sorrowful	5/4/21 Glorious	5/5/21 Joyful	5/6/21 Sorrowful	5/7/21 Glorious	5/8/21 Joyful	5/9/21 Sorrowful	5/10/21 Glorious
5/11/21 Joyful	5/12/21 Sorrowful	5/13/21 Glorious	5/14/21 Joyful	5/15/21 Sorrowful	5/16/21 Glorious	5/17/21 Joyful	5/18/21 Sorrowful	5/19/21 Glorious
5/20/21 Joyful	5/21/21 Sorrowful	5/22/21 Glorious	5/23/21 Joyful	5/24/21 Sorrowful	5/25/21 Glorious	5/26/21 Joyful	5/27/21 Sorrowful	5/28/21 Glorious
5/29/21 Joyful	5/30/21 Sorrowful	5/31/21 Glorious	6/1/21 Joyful	6/2/21 Sorrowful	6/3/21 Glorious	6/4/21 Joyful	6/5/21 Sorrowful	6/6/21 Glorious
6/7/21 Joyful	6/8/21 Sorrowful	6/9/21 Glorious	6/10/21 Joyful	6/11/21 Sorrowful	6/12/21 Glorious	6/13/21 Joyful	6/14/21 Sorrowful	6/15/21 Glorious

3 novenas  
of petition

3 novenas  
of  
thanksgiving

## Oratiónes Sanctíssimi Rosarii Beatae Mariae Vírginis

**Credo in Deum** Patrem omnipotentem, Creatórem caeli et terrae. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dóminum nostrum, qui conceptus est de Spíritu Sancto, natus ex Maria Vírgine, passus sub Póntio Pilato, crucifixus, mórtuus, et sepultus, descendit ad ínferos, tertia die resurrexit a mórtuis, ascendit ad caelós, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis, inde ventúrus est iudicare vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam aetérnam. Amen.

**Pater Noster**, qui es in caelis, sanctificétur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimíttimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentatiónem: sed libera nos a malo. Amen.

**Ave Maria**, gratia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in mulieribus, et benedíctus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

**Gloria Patri**, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum. Amen.

**Mi Iesu**, indulge peccata nostra, conserva nos ab igne inferni, duc omnes ad caeli glóriam, praecipue tua misericórdia egéntes.

### Orationes ad Finem Rosarii Dicendae:

**Salve, Regina**, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevae. Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsiliu ostende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**Oremus:** Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeternae praemia comparavit, concede, quaesumus: ut haec mysteria sacratissimo Beatae Mariae Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt assequamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Ad mentem Summi Pontificis N. (genitive case).

Pater Noster ... Ave Maria ... Gloria ...